

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG_0101

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUINQUAGESIMUM
TERTIUM.*Capraria. Caju Cambing.*

ARbor hæc hominis habet crassitiem, paucos gerit majores ramos, qui plurimum eriguntur, & in eorum summo sine ordine plurimæ excrescunt raches longæ quæ virides, ex rotundo striatæ, & ad ramorum ortum nodosæ sunt, ubi facile rumpuntur; Hiscæ folia infident per octo decemve paria, illis Boarau Oetang adeo similia, ut vix ab iis dignosci possint; sunt enim quoque quinque vel sex pollices longa, binos & binos cum dimidio lata, inferius rotunda, superius acuminata, multis parallelis costis pertexta, & pilosa instar illorum Boarau, sunt autem molliora, tenuiora, magisque ad tactum lanuginosa, tam folia quam ramuli, rachesque præsertim in junioribus arboribus, ita ut ex serico videantur constructa; Hujus folia non sunt acida, uti in Boarau, sed sapor illorum est fatuus ac siccus, cum parva adstrictione, ad oras tenuissime serrata sunt, quod autem in vetustioribus vix apparet, aliquando per paria tantum locantur, aliquando impar extremum claudit: Major nervus non directe per medium transit, sed ad anteriores oras magis accedit, unde pars inferior semper est latior, ejusque nexus ad petiolum rotundior est magisque protuberans, instar foliorum Solani. Superiora folia plerumque ad suum ortum aliud minus, tamquam auriculam seu laciniam gerunt, & juniora folia rubent.

Nullos flores fructusque ego nec alii umquam in hac observavimus arbore, licet Hoehoenenses prædicent, in sua patria sponte crescentem hanc aliquando fructus produxisse instar Gnemonis; Rami ejus sunt fragiles, intusque repleti medulla sicca & fungosa: Trunci cortex satis crassus est, externe rugosus ac scaber, ex nigro viridis, succosus admodum, & viscoso repletus liquido instar Papedæ glutinoso, qui demum in Gummi exsiccat sine notabili odore, ac parum modo resinam Nanarii spirat. Hujus corticis sapor est dulcis instar mollis Junioris Calappæ putaminis: Lignum est album, molle, & inutile, brevique putrefcit, si pluvie exponatur. Propagatur hæc arbor per ramos, sed plurimi illorum marcescunt, ac pereunt, unde alii præferunt, non ita recens casus terræ esse committendos, sed per aliquot dies in umbroso deponendos loco, donec sponte gemmas emittant, ac tum demum terræ esse demandandos.

Nomen. Latine *Capraria*, Malaice *Caju Cambing*: Amboinice *Aybibi*; quidam autem putant tria hæc nomina ipsi esse inposita, quum capræ ejus folia tam avide expetant.

Locus. In Amboina non multum obvia vel nota est, in quorundam enim hortis tantum occurrit circa ædes plantata, ubi per ramos propagata est & deducta ex Plo-Tiga, quæ tres sunt parvæ insulæ scopulosæ & sitæ ante Hitoe oram, ubi hæc arbores sponte crescunt, ut & in Hoehoenensium regione.

Ufus. Plurimum in hortis colitur, quum ejus cortex expertum sit remedium in Dysenteria, in qua intestina jam sunt exulcerata, qui sequenti præparatur modo. Hujus corticis ex arboris trunco desquamati pars sumitur palmam longa & lata, cum quarta junioris Calappæ parte, qui parum contunditur & aquæ incoquitur cum manipulo Pangaga, paucisque foliis Daun Cucuran, donec dimidiæ aquæ pars fuerit consumpta, quæ transcolatur, hujusque bis de die haustus sumitur, sed cavendum est omnino tum temporis a lardo: Quidam huic potioni admiscunt faccharum, si nimis amara sit, quod autem inprobo, quum tum potus est magis nauseosus, meliusque est, si Cucuran omnino omittatur. Idem hic cortex solus aquæ incoctus & propinatus, dissolvit, & tenacia pectoris phlegmata expectorat: arbor hæc præterea aliis quoque abdominis morbis inservit & conducit. Juniora ejus folia cibo inserviunt & ad Sapor adhibentur. Inferioris trunci lignum est satis durum ac striatum, ope-

Tom. II.

ri

LIII. HOOFSTUK.

Geite Boom.

DEzen boom heeft de dikte van een man, en weinig hoofstakken, die ook meest overeind staan, en aan 't uitterste der zelve, rondom en zonder order, veele lange, groene, en regte ryskens, uit den ronden wat gestreept, en met knietjes aan de takken staande, doch daar ze licht af te breken zyn; Aan dezelve staan de bladeren regt tegen over malkanderen by 8. en 10. paar, die van de Boarau Oetang zo gelyk, datze daar van qualyk te onderscheiden zyn, want zy zyn mede 5. a 6. duimen lank, 2. en 2½. breed, achter rond, en in een lange spits uitlopende, met veele parallele ribben doortogen, en baairig, gelyk die van de Boarau, maar veel slapper, wolachtiger, en zagter in 't aantasten, zo wel de bladeren, stelen, als ryskens, en inzonderheit die van de jonge boomen, zo datze als van laken schynen gemaakt te wezen: Ook en is in deze bladeren geen zuurte, gelyk in de Boarau, maar wel een laffe en droge smaak, met een kleine zamentrekking, aan de kanten zynze zeer fyn gezaagt, doch 't welk men echter aan de oude beel qualyk bekenne kan, staande zomtyds met paren, en zomtyds een alleen voor uit. De groote zenuwe gaat niet regt door de midden, maar leidt de voorste randen altyd wat nader, en waar door de achterste helft altyd breder is, en haar bil loopt by den steel wat ronder, en verder uit, gelyk die van de Solana doen, de voorste bladeren hebben ook gemeenelyk by baren oorspronk nog een kleinder blaadje, als een lapje, en de jonge bladeren zyn rond, en licht bruin.

Geen bloeizel, nog vruchten heb ik, en andere met my, coit aan dezen boom kunnen zien, hoewel de Hoehoenenzen voorgeven, dat by, op haar Land in 't wild wassende, zomtyds vruchten als Gnemon voortbrengt. De takken zyn mede bros, en hebben van binnen een droog voos merg: De schorsse des stams is redelyk dik, van buiten ruig, en swart-groen, zeer zappig en vol lymachtige vochtigheid, als Papedæ vast klevende, doch ten laatste in een Gom opdrogende, zonder merkelyken reuk, en die maar een weinig na 't bers van Nanari trekkende. De smaak van deze schorsse is zoetachtig, gelyk de weke schaal van een jonge Calappus. 't Hout is wit, week, en ondeugende, en verrot in 't kort, als 't in de regen leid, men verplant het met zyne takken, doch die gaan nog al meest uit, weshalven zommige oordelen dat het beter zy, dat men de vers afgekaptte zo datelyk niet verplant, maar eenige dagen aan een lommerachtige plaats op de aarde laat leggen, tot datze van zelfs komen uit te botten, en als dan eerst in de aarde zet.

Naam. In 't Latyn *Capraria*, op Maleys *Caju Cambing*: Op Amboins *Aybibi*, en zommige willen zeggen, dat deze drie namen hem gegeven zyn, om dat de Geiten zyne bladeren zo gaarne eeten.

Plaats. In Amboina is by weinig bekend, en men plant hem maar in zommige boven, omtrent de huizen: Aldaar met stokken of takken gebragt wordende, van Plo-Tiga, 3. kleine en klippige Eilandekens, voor de kust van Hitoe gelegen, alwaar die boomen van zelfs voortkomen, als mede op 't Hoehoenenzen Land.

Gebruik. Hy wert meest in de boven geplant, om dat zyne schorsse een beweert of geprobeerd remedie is, in de langdurige bloed-loop, en daar de darmen al versworen zyn: wordende gebruikt en toebereit in maniere als volgt: men neemt van deze schorsse des stams een stuk van een hand lank en breed, met de 4de part van een jonge Calappus, men kneust het wat en kookt het in water, met een hand vol Pangaga, en eenige bladeren van Daun Cucuran, tot dat omtrent de helft van 't water versoden zy, men zygt het dan door een doek, en drinkt 'er 's daags 2. maal een klein dronkje van, zig wel waagende voor spek te eeten: Zommige doen daar ook wat zuiker by, als bun dezen drank te bitter valt, doch 't welk ik niet veel pryzen kan: om dat het den drank walgelyk maakt, en men doet ook beter, dat men de Cucuran daar geheel ende al uitlaat. Dezelfde schorsse alleen gekookt en gedronken, maakt los, en trekt uit de taye slym, die op de borst zit, en daar en boven is dezen boom ook tot meer andere gebreken des buiks zeer nut en dienstig: De jonge blade-

S 2

ren

ri Mechanico utile est. Contra *Gomutu Mengate* h. e. Phlyctænas seu ignem silvestrem sicca ejus folia ufurpantur, si affectæ partes aqua, cui hæc folia fuere incocta, lavantur primum, ac dein tenui illorum pulvere adspargantur, atque porro obvolvuntur: Eadem hæc folia viridia & ollulæ *Bocassam* seu *Atsjar* ita inposita, ut illam bene obtegant; ac dein obturata hisce si fuerit, conservat condimentum ejus a putredine, nec vermes admittit, immo si jam adessent, inde morerentur, si folia essent ipsis superinposita: Juniora folia quoque pro *Bocassam* inservire possunt loco *Oelang*. Si ejus cortex fumo fuerit parum exsiccatus, conservatur melius, ut usui, si necessitas urgeat, inserviat, quum tam raro hæc arbor occurrat, ac proinde recens cortex non semper conquiri possit.

ren werden mede gegeten en tot Saylor gebruikt: Het hout van de onderste stam is vry hard, ook wat geaderd, en dienstig tot eenig timmer-werk. Tegens 't *Gomutu Mengate*, dat is vliegend vuur, werden ook zyne gedroogde bladeren gebruikt, als men de serigheden met 't water, daar dezelve in gekookt zyn, voor eerst wast, en daar na 't fyne poeder daar op strooit, en voorts bedekt of toebind: Dezelfste bladeren groen zynde, en op een potje *Bocassam* of *Atsjar* zodanig gelegd, datze 't zelve wel bedekken, en daar na toegebonden, behoudt dezelve vers, bewaartze voor 't verrotten, en laat noit wormen daar in komen, ja al waren de wormen daar in, zo zullenze die doen sterven, als ze daar opgelegd werden. 't Jonge loof is ook bequaam om tot *Bocassam* te eeten, in plaats van *Oelangh*. Men kan ook de schorsse in den rook een weinig drogen, en dan zo bewaaren, om die in tyd van nood te gebruiken, nadien men deze boomen zo weinig vindt, en gevolgelyk de versche schorsse niet altyd bekomen kan.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Songium. Ay Macuninu.

OB similitudinem, quam hæc arbor cum *Limonio* gerit, in hoc quoque libro illam locavi, dicamque altitudinem circiter attingere *Durionis*, cujus truncus ulnam fere crassus est, qui corticem gerit glabrum: Folia in ramorum summo ponuntur sine ordine arcte sibi juncta, uti in *Saylor Catappan*, cum quibus maxime conveniunt, brevibus autem insident petiolis crassis, ultra binos pollices longis, hæc vero folia longissima sunt illorum, quæ in silvis occurrunt, quum longitudinem habeant a viginti usque in viginti quatuor pollices, septem vero vel octo pollices lata in junioribus. In vetustioribus enim non ultra sexdecim pollices longa sunt, & sex lata, quæ ab inferiore parte sensim angustantur, in superiore autem latissima sunt, leviterque acuminata: Nervus medius crassissimus est, ab utraque protuberans parte, costæ transversales crassæ quoque sunt, oppositæ, & parallelæ, foliorum oræ profunde ferratæ sunt.

In Ramorum summo, seu ex ala supremi folii rotunda & viridis apparet bursa inperialis magnitudinis, quæ in binas fese aperit lamellas, inter quas folium reconditur tenerum ac novum, quod ad ortum suum simile quoque gerit bursam, talique modo folia multiplicantur & excrefcunt, quæ peculiaris nota hujus arboris est characteristica: Flores ejus fructusque aliquid etiam particulare habent, quod a cæteris differt arboribus; Ejus enim flos proprie ex crasso componitur capite, quod crassis lamellis fructum includit, quæque arcte prius ipsi accumbunt, hæc autem lamellæ fese aperientes formam præbent rotundæ cupellæ, quæ albicat ac mox decidit, unde incolæ dicunt, putantque hunc fructum sine prægresso flore provenire.

Fructus hic recens post floris lapsum magnitudinem habet circiter pruni, sed dein excrefcit ad magnitudinem *Mali Aurantii*, ex rotundo compressus, inferius fovea inpressus, ubi brevi pedunculo fuit ramo nexus, bini tresve autem simul progerminant: Si fructus externe conspiciatur, haud male refert occlusum *Pæonie* florem, septem octove crassis, rotundis, & concavis imbricatis constans lamellis, harum binæ sibi mutuo oppositæ sunt extremæ, ac sic porro reliquæ, coloris squallide virentis seu ex cinereo & viridi quasi mixti, ad tactum est lanuginosus.

Si fructus hic penitus sit maturus, tum hæc lamellæ fese aperiunt, formamque alterius floris exhibent, caro autem interna tum conspicitur, quæ magnitudinem habet decorticati *Mali Aurantii*, atque eodem modo in plurimas ac plerumque in viginti cellulas seu segmenta est divisa, tenuibus distincta incisionibus, crocea, fuccosa, & mucosa, singula vero segmenta in carne sua habent recondita octo parva plana & fusca semina seu officula, seminibus *Solani* esculenti seu

LIV. HOOFSTUK.

Roos Appel-Boom.

OMde gelykenis, die dezen wilden boom met de *Lemoen-boomen* heeft, zo heb ik hem mede in dit tweede boek plaats gegeven, en zal daar van dan zeggen, dat hy ongeveer zo hoog is als een *Durioens-boom*, en in de ronte omtrent een vadem dik, hebbende ook een effene schorsse. De bladeren staan aan 't voorste der takken dicht achter malkander, en gelyken die van de *Saylor Catappan*, daarze groote gelykenisse mede hebben, zonder ordre op korte dikke stelen, ruim 2. duimen lang, zynde deze bladeren wel van de langste, die men in 't *Wout* komt te vinden, te weten van 20. tot 24. duim, en 7. a 8. duim breed: wel te verstaan aan de jonge boomen, want aan de oude boomen zynze niet boven de 16. lang, en 6. breed: lopende na achteren allenkskens smal toe, en aan de voorste helft op 't breedste zynde, met een korte spitze: De middel-zenuwe is ook zeer dik, en aan weder zyden uitbuilende, de dwars-ribben zyn mede dik, evenwydig en staan meest regt tegen malkanderen, zynde ook aan de kanten grof gezaagt.

Aan 't voorste der takken, of aan de voet van 't uiterste blad ziet men een rond en groen beursjen, ruim zo groot als een *Ryksdaalder*, 't welk zig in 2. lappen opent, en daar in vind men een jonk blad, 't welk by zyn oorspronk mede een diergelyk beursje heeft, en zo zetten bun de bladeren al verder voort, zynde een merkteeken of eigen aart van dezen boom. De bloemen en vruchten hebben ook wat byzonders, en 't geen van andere bomen komt te verschillen: Want de bloem is eigentlyk een ronde knop, die met dikke schilferen de ingesloten vrucht bedekt, of digt daar aan legt, en welke schilferen bun openende, de gedaante van een rond kammetje maken, 't welk witachtig van couleur is, en straks afvalt, en daarom zeggen de *Inlanders* ook, dat de vrucht zonder bloeizel voortkomt.

De jonge vrucht is na 't afvallen van de bloem, ongeveer zo groot als een pruim, doch groeit daar na zo voort tot de grootte van een *Oranje-Appel*, uit den ronden en als wat plat gedrukt, achter met een kuil, daarze met een korte dikke voet digt tegens den steel aan zitten, 2. en 3. by malkander hangende: De vrucht van buiten beschouwt, gelykt niet qualyk een gesloten *Pejoni Roos*, met 7. en 8. dikke ronde en holle schilferen op malkander leggende, waar van 2. de buitenste zyn, en zo vervolgens de andere mede op malkander, van couleur vuil-groen of uit den grauwen en groenen onder een gemengt, en wolachtig in 't aantasten.

Als nu de vrucht volkomen ryp is, zo openen haar deze schubben, en blyven zo staan als een tweede bloem, tonende het binnenste vlees, 't welk nog al de grootte heeft van een geschilde *Oranje-Appel*, en ook op dezelfde manier in veele, of gemeenelyk in 20. stukken verdeelt, met dunne keepen onderscheiden, boog-geel, zappig, en slymerig, hebbende ieder stukje in zyn vlees omtrent 8. kleine platte en bruinachtige zaden, de zaden van *Solanum Esculentum* of *Trong* zeer gelyk, de smaak is tweederlei,